

2469

A S C E T I C I.

2470

cionis ostendit, lucem vidit Parisiis 1512. 8. et Antverpiae 1611. 8. ut habes in Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 793. ubi pluribus de No- stro.

V. fol. 207. p. 2. *Incipit tra- ctatus boneventure de triplici uia. Hoc modo: cum omnis scientia gerat trinitatis insigne precipue illa que docetur in sacra scriptura, debet iure reputari vestigium trinitatis &c. omnia hic Tria: Intellectus moralis, allegoricus, anagogicus, triplex actus Hierarchicus, Purgatio, Illuminatio, Perfectio, triplex Exercitium, legendo, meditando, orando, item Stimulus conscientie Radius intelligencie, Igniculus sapientie &c. Habet quidem Bonaventura his adfinia in sua Theologia mystica; ipsum vero Tractatum praesentem in ejus Operibus non invenio. Ad calcem: Georius schetzel de karelstat scriptor buius libri.*

DCXLV.

749 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 18. 8. inscribitur: *Pulcherrime Vtilissimeque Admonitiones vel Instructiones, per Ambrosium Holtzl in celebri Monasterio Rot tunc temporis agentem inscripte Anno (15) 57. In- sunt vero: Alphabetum paruum Boni Monachi in Schola dei ordinatum a Sancto Bonaventura Doctore Seraphico, Versus quidam de legendis Horis Canonicis, Instructio Sacerdotis cui commissum est Missas celebrare, Dicta quaedam Patrum, Computus denique chronologi- Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

cus Temporum ab Adamo usque ad exitum Abrahami lingua vernacula exaratus anno 1540. Levis omnia momenti, de quorum Compilatore nihil adnotatum reperio, neque dispicio, Rotamne ille Suevicam, Collegium Praemonstraten- sium, an Bavaricam, Coenobium D. Benedicti, designet, quae bello tricennali devastata perperam adferitur in *Lex. Univ.* cum hodie dum floreat, ut habes in *Monum. Boic. T. I. p. 335.*

DCXLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. 692 Folior. 174. 4. nitide ab una manu exaratus habet sequentia: I. *Incipit prologus libri sequentis qui dicitur speculum prelatorum.* Ejus initium: *Quoniam consulitur aut precipitur Proverbior. V. per sapientissimum Salomonem &c.* Opusculum ipsum VII. Capitulis constans infit: *Scripturus per modicum ad mei ipsius ymo omnium prelatorum salutarem instructionem &c.* Itaque Praelatum audis, cumque in Prologo *Statuta Ordinis Carthusien- sium* citentur, et in Opusculo mox referendo fol. 36. haec verba legantur: *Hec omnia supradicta dilectissimi intelligentes et opere perficientes veri carthusiensi sumus verique abrahe patris obedientie filij &c.* palam fit et hujus et sequentium *Speculorum* Autor *Jacobus Gruitroede Leodicensis* Carthusiae Prior a. 1472. fato functus, quem hos Tractatus composuisse tradunt *Trithemius, Theod. Petrejus et Job. Fr. Foppens.* Addit postre- mus

L 111

mus

mus in *Bibl. Belg.* ex *Oudino* et *Paulo Langio*, eos *Norimb.* 1495. et *Colon.* 1540. falso editos fuisse sub nomine *Dionysii Rickelii* pariter *Carthusiani*.

II. fol. 21. *Incipit prologus Secundi speculi quod dicitur speculum subditorum.* Initium: *Considerans quam plurimos utriusque sexus religiosos grauer in via religionis errare &c.* Opusculum constat *Capitulis VII.* et *Conclusionem*.

III. fol. 69. *Prologus libri sequentis qui dicitur speculum sacerdotum.* Incipit: *Quia ut ait sios doctorum Augustinus. Nemo in ecclesia amplius nocet &c.* *Capitula* rursus VII.

IV. fol. 81. *Incipit prologus libri sequentis qui dicitur speculum secularium et mundi huius amatorum.* Initium: *Uanitas uanitatum et omnia uanitas dixit Ecclesiastes &c.* *Capitulorum* numerus VII.

V. fol. 106. p. 2. *Incipit speculum siue stimulus penitentiae.* Initium: *Jam ad ultimum scilicet ad stimulum penitentiae in primo huius totalis libri prologo propositum spiritu ihesu operante manum mittens &c.* Verba primi illius *Prologi* supra N. 1. indicati sunt: *Primum erit speculum prelatorum, secundum speculum subditorum, tertium speculum sacerdotum, quartum speculum hominum mundanorum, et quintum speculum ac potius stimulus penitentiae.* Errarunt igitur *Bibliographi* supra citati, *Speculum* ultimum adpellantes *Speculum Senectutis*, cum et *Editio Norimb.* 1495. 4. mihi objacens hac in re *Codici* nostro subfragetur. Quo-

niam vero editor *Petrus Thanbaur* in *Praef.* ad *Georg. Pirckamer* *Carthusiae Norimb.* *Priorem* testatur, se ab ipso vulgandum accepisse *libellulum quinque speculorum venerabilis patris dyonisiij — prioris in ruremund*, atque ita *Carthusianos* *Carthusianis* oppositos videam, *Autorem* in medio relinquam, est necesse. Addidit ille ad calcem *Speculum peccatoris agonisantis* hoc initio: *Heu beu et plusquam beu me miserum et infelicem peccatorem &c.* quod et *Codex* et *Editio* habet.

VI. fol. 123. *De vita abstracta.* *Epistola* hujus exordii: *Religiosis viris in solitudine commorantibus berengarius sic ire per beremum, ut introducantur ad regnum. Preces vestre precepta quedam sunt &c.* Ad calcem: *Explicit epistola berengarij archiepiscopi (Archidiaconi) turonensis ad viros solitarios.* *Epistolam* hanc famosi *Transubstantiationis Impugnatoris*, qui annum 1088. supremum habuit, *Martenius T. I. Anecd.* p. 191. produxit; omnia in ea sincera. Verba illa circa medium: *Si daemones hoc (superbiae) vitio caruerunt &c.* ut in *edit.* leguntur, emendarunt *Hist. Lit. Franciae* *Autores* T. VIII. p. 218. substituendo: *ceciderrunt. Evidentius Noster corruerunt.*

VII. fol. 125. *Epistola consolatoria francisci petrarche poete laureati ad quendam monachum cisterciensem olim socium suum.* Hoc initio: *Semper et viuis vocibus tuis et literis deletatus sum &c.* Est *Epistolarum de Rebus Senilibus* L. X. pri-

2473

A S C E T I C I.

2474

prima, edit. *Basil. Opp. Petrar-
chae* 1581. p. 861. f. Monachus
ibi vocatur *Sagramorus de Pome-
riis*. Nota temporis XV. *Cal. A-
pril.* abest a Codice.

VIII. fol. 132. absque Inscr-
ptione, sed, ut in calce: *Recom-
mendatio celle et heremi a franci-
sco petrarcha*. Initium: *Libet de
singularis vite illius laude pauca
perstringere &c.* Neque *Petrar-
chae*, nec *Basilij M.* est, cujus T.
II. Edit. *Maur. Paris.* 1722. p.
704. f. legitur, sed in Opusculo
Petri Damiani ad Leonem Eremitam,
quod *Dominus Vobiscum* in-
scribitur, Caput XIX. constituit.
Adi Edit. *Lugdun.* 1623. p.
489. f.

IX. fol. 140. *Incipit itinerari-
us Johannis de Hese presbiteri
traiectens.* *Dyoecsis ad iberusalem
per Diuersas mundi partes.* Ini-
tium: *Anno Domini M. CCC.
LXXXIX.* *Johannes de Hese
presbiter traiectens.* *Dyoecsis.* fuit
in iberusalem in maio &c. *Bern.
Pezius*, ut habes *Tbes. Anecd. T.
I. Dissert. Isag.* p. 87. in Cod.
Tegernseensi pro M. CCCL-
XXXIX. legit DCCC. &c. quem
secuti *Hist. Lit. Franc.* Autores
Ὀδοιποροῦ nostrum perperam Secu-
lo IX. inferuere. Vide T. V. p.
663. Prodiit fabulosa haec Nar-
ratio *Paris.* 1489. 4. *Davent.*
1499. 4. S. I. et a. 4. *Davent.*
1504. 4. *Antwerp.* 1565. 8. et
alibi.

X. fol. 146. p. 2. *Notandum
quod gentes christianorum diuidun-
tur in decem nationes videlicet in
latinos Grecos. Indos. Jacobitas.*

*Nestorianos. Moronitas. Armenos.
Georgianos. Surianos et Mozara-
bes.* Exponuntur breviter singu-
lorum Dogmata et Ritus. Falsa
veris remixta. Ita *Maronitae* du-
cuntur a *Marone* Haeretico Mo-
nothelita, dicuntur habitare iuxta
Lybiam (Libanum), rediisse
(1182.) ad obedientiam eccle-
siae Romanae, et iterum reuerfi
ad suam opinionem, *in qua perse-
uerant*, id, quod certe de tota
Gente dici nequit. *Mozarabum*
nomen inde derivatur, *quia modos
christianorum de arabia in multis
tenebant.* &c. Finit hic recensus:
*Causa vero tante diuisionis inter
christianos fuit. quod ab antiquis
temporibus christiani fuerunt atri-
bi. ne celebrarent concilia genera-
lia. Ideo insurgentibus hereticis in
diuersis mundi partibus non fuit qui
remedium apponeret. Secunda cau-
sa fuit negligentia summorum pon-
tificum. qui non curauerunt nuncios
mittere ad christianos in erroribus
positos. quia si hoc fecissent multos
aut omnes ad unam fidem et obedi-
entiam romane ecclesiae reduxissent.*

XI. fol. 148. *Sequitur epistola
quam nephandissimus apostata babi-
loniorum Soldanus sanctissimo in
christo patri et domino nostro domi-
no Pio diuina prouidentia Pape se-
cundo misit.* Ejus initium: *Johan-
nes soldanus nuper christianus. Af-
finis deorum Babiloniorum &c.* Ac-
cedit Responsum *Pii* datum *Senis
in curia episcopali quinto kalendas
Martij An. domini M. CCCC. LX.
Pontificatus anno secundo*, quod
ad Epistolam *Pii CCCXCVI.* edit.
Opp. Basil. 1571. p. 872. f. effi-
atum

2475

C O D I C E S

2476

etiam putem. Vide, quae de ejusmodi commentis ad *Codd. DC-LXXIII.* aliosque dicta sunt.

XII. fol. 151. p. 2. *Liber beati Augustini de contemptu mundi Incipit feliciter.* Ita: *Audite fratres charissimi salutiferam nostri patris doctrinam &c.* Spurius, ut alias.

XIII. fol. 154. p. 2. *Epistola beati Ieronimi presbiteri ad paulinum presbiterum feliciter incipit.* Initium: *Obsecro te pauline carissime ut multitudines hominum et salutaciones &c.* Cento contextus ex *Epistola* potissimum LVIII. T. I. Opp. edit. *Vallars.* col. 316.

XIV. fol. 155. p. 2. *Tractatus eximij doctoris Bonaventure ordinis minorum de corpore christi et de preparatione ad eius deuotam susceptionem ritamque celebrationem mysterii missae Incipit feliciter.* Initium: *Ad honorum gloriose ac indiuidue trinitatis ad honorem excellentissimi sacramenti &c.* Extat T. VII. Opp. omn. *Lugd.* 1668. p. 67. in *Capita* XIV. tributus, non sine quadam *Lectionis* diversitate. Ad *Cod. calcem:* *Explicit — Anno incarnationis domini M. CCCC. XCIX.*

XIV. fol. 163. praevio *Capp.* XVI. *Elencho Manuale*, ut in *calce, parochialium sacerdotum.* Initium: *Quoniam ex quorundam simplicium ignorantia sacerdotum &c.* Sub finem: *Adum Anno Domini M. CC. LV.* Atque his iisdem verbis terminatur *Editio* f. 1. et a. 4. quae mihi adjacet. Plures aliae *Sec. XV.* indicantur in *Suppl. meo Maitair.* Diversum ab hoc *Tractatu* est *Mich. Lochmayr Parochiale Curatorum.*

DCXLVII.

Codex chartaceus lat. *Sec. XV.* 510
Folior. 158. 4. non una manu, commode tamen perscriptus his constat *Opusculis:* I. ut in *Elencho* praevio, *Consolatoria epistola ad quendam recenter reformatum.* Initium: *Ihesum christum filium dei in bethleem iude natum à tribus magis humiliter adoratum et muneribus deuote honoratum iugiter pro salute. Pater in domino karissime in salutacione iam premissa munusculum quoddam vobis destinaui quo in celo et in terra dulcius et preciosius nichil inuenitur, ipsum scilicet summi regis filium &c.* — qui *monasteria ordinis vestri plurima secundum seculi huius vanitatem solempniora fortassis et diciores pretergradiendo ad vos tanquam in bethleem locum humilem pie declinavit.* — *Occurrunt mihi aliqua huic reformationi apud vos salubriter incepte satis conueniencia.* Atque hic narrat infelices casus quorundam in *abbacia quadam Canonorum regularium beati Augustini admodum legali sed non adeo spiritali in quodam Archiepiscopatu* hactenus longe constituta. *Archiepiscopatum hunc Salisburgensem esse, Epistolamque nostram ad Reformationis Monasticae Alberto V. Duce Austriae urgente anno 1418. per Monachos Sublacenses susceptae negotium pertinere, nullus ambigo; cumque consilii huius Alberto autor fuerit Nicolaus de Dinckelspühl Vien. Theologus, ut ejus Auizamenta apud Anselm. Schramb in Cbron. Mellic. p. 309. et Mart. Kropf in Bibl. Mel-*